

alios Collegii, omnes et singulos qui contra formam præscriptam sigillum commune prædictum alicui literæ, obligationi, indenturæ seu scripto, aut albæ chartæ, seu pergamenæ vel membranæ non scriptæ quicunque, apposerint, et qui ad id faciendum consenserint, ipsos a Collegio privatos fore decernimus ipso facto. Et, nihilominus, ad satisfaciendum pro damnis et injuriis Collegio eâ occasione illatis seu inferendis arctius remaneant obligati. Et ad hoc vigore præsentis statuti teneantur.

CAP. 31.—*De evidentiis, munimentis et scriptis.*

Statuimus ut evidentiæ, chartæ, munimenta et reliqua scripta, in superiori camera turris ponantur, vel alibi, ubi tutissime servantur. Prohibemus, insuper, Præsidenti ac omnibus et singulis Sociis Collegii, ne ad ostensionem evidentiæ seu earum exemplariorum sint nimis proni aut properi, præsertim in hujusmodi quibus tangitur jus seu titulus possessionum Collegii; sed tantummodo fiat ostensio hujusmodi cum deliberatione maturâ, cum ad hoc moneat urgens causa et necessaria valde, et cum eorum jurisprudentium consilio in quibus præcæteris confidunt; ut sic evitentur imaginationes, inventiones subtiles, ac pericula quæ insequi poterunt.

CAP. 32.—*De Collegii Conciliis.*

Statuimus ut bis unoquoque anno certis diebus in hoc per Præsidentem et Socios constituendis convocentur omnes Socii cum Præsidente de communibus negotiis tractaturi. Et præterea ut Præsidentis quoties ipsi videbitur, vel quoties duo e Sociis scripto postulaverint, Socios omnes gradatos in Universitate præsentibus ad communiter tractandum et deliberandum convocet. Nihil autem agatur nisi quatuor Sociis ad minimum præsentibus cum Præsidente vel Vicepræsidente: quicquid vero per eos, vel per majorem partem eorundem, deliberatum et consensum fuerit, roboris habeat firmitatem.

De negotiis omnium Sociorum statum vel emolumenta concernentibus non nisi Conciliis bis in anno certis diebus convocandis, ut supra dictum est, tractare liceat, nisi re admodum urgente, et absentibus per Præsidentem specialiter ad hoc citatis.

Præsidentis semper negotia de quibus tractandum est in citatione declarabit.

In Conciliis ita convocatis quæstionem quamcunque Collegii negotia vel regimen concernentem proponere teneatur Præsidentis quam unus et alter e Sociis se proponi velle declaraverint. Quod ad suffragia attinet, unusquisque Socius uno gaudeat, Præsidentis duobus; et si forte æqualiter divisa fuerint suffragia eidem Præsidenti prævalens suffragium tribuatur.

Per Præsidentem et Socios ubique intelligimus majorem partem totius Concilii, Præsidentis consensu ad quodcunque negotium perficiendum minime requisito. Similiter per Præsidentem et majorem partem omnium Sociorum intelligimus majorem partem totius Collegii sive consentiente Præsidente sive dissentiente.

CAP. 33.—*De modo procedendi contra Præsidentem criminosum vel alias inhabilem.*

Statuimus ut Præsidentis quicunque propter terrarum, tenementorum, reddituum, possessionum spiritualium seu temporalium, suâ culpâ diminutionem seu alienationem, vel propter detractionem, ablationem, alienationem illicitam bonorum et rerum ipsius Collegii, infamiam incontinentiamque notabilem, negligentiam intolerabilem, homicidium voluntarium, aliamve causam enormem ipsum Præ-

any blank paper, parchment, or skin whatsoever, and every person so affixing the Seal shall also be bound, by virtue of the present Statute, to make good any loss which the College may incur through his act.

CHAP. 31.—*Of Evidences, Muniments, and Writings.*

Evidences, charters, muniments, writings of other sorts are to be kept in the upper room of the tower, or elsewhere in a place of the greatest security. None of these, and least of all those which are the title deeds of the College, should be readily shown, but only in case of necessity, and then not without due deliberation, and the advice of trustworthy lawyers, for the avoiding of dangers from ingenuity and subtlety.

CHAP. 32.—*Of Meetings of the College.*

All the Fellows are to assemble on two fixed days in the year, to be appointed by the President and Fellows, then to deliberate with the President on matters of common interest. The Fellows present in the University may be summoned to meet by the President whenever he thinks fit, or whenever two Fellows have in writing requested him to summon the body. The presence of at least four Fellows, together with the President or Vice-President, shall be required to constitute a meeting. The decision of the majority shall hold good. Matters affecting the condition or emoluments of all the Fellows, shall be brought forward only on the two fixed days of meetings, unless in cases of extreme urgency, when absent Fellows are to be specially cited by the President. In his citation the President shall always mention the matters to be brought forward.

In College meetings the President shall put to the vote any question affecting College business, on which two of the Fellows declare that they desire the opinion of the College to be taken. Each Fellow shall have one vote; the President shall have two; if the votes are equally divided, the side on which the President votes shall preponderate. By the words "the President and Fellows," we mean in all cases the majority of the whole meeting, the President's consent not being required of necessity in any matter. By the words "the President and greater part of all the Fellows," we mean the greater part of the whole society, on whichever side the President may vote.

CHAP. 33.—*The Manner of Procedure against the President, when guilty of Crimes, or under other Disability.*

We enact that the President shall be removed from his office in the following cases:—If he waste or alienate the property of the College; if he unlawfully take away anything possessed by the College; if public disgrace, his own notorious incontinence, or negligence, or wilful homicide, or any other offence lay him under disability; or lastly, if he be insane, and cannot continue to exercise his